





*2 - B. V*  
DISPUTATIO JURIDICA  
*1702* *20 19.*  
*41a*  
**DE  
EXCEPTIONE  
CASUALIS INTE-  
RITUS,**

QVAM  
PRAESIDE

**IO. BALTHAS. WERNHERO,**  
D. JURIS PROF. PUBL. EXTRAORD. MATHEM. VE-  
RO ORDIN. ET FAC. PHIL. p.t.  
DECANO

*IN ACADEMIA VITEMBERGENSI*

IV. NON. MART. M. DCCII.

H. L. Q. C.

*PUBLICAE VENTILATIONI SUBJICET*

**FRANCISCUS, JACOBUS, GODO-  
FREDUS DOEPLERUS.**

SCHLANSTADIO-HALBERSTADIENSIS.

---

VITEMBERGAE,  
Literis Viduæ Christiani Kreusigii, Acad. Typ.  
*XIX.*

DISPENSATIO JURIDICA  
DE  
EXCEPCTIONE  
CASUALIS INTI-  
RITUS

IO. BALTHAS. MERNHEIRO.  
DURSTUNG PFERZTURGO MAGISTER  
RO ORDIN ET FLC PHIL BE  
DECVNO

MACADEMIA VITERBREGENSIA

UNIVERSITATIS DESS

H E G O

PARVICAE AVALLATIONE MEDIECIS

FRENGICUS IACOBUS GODO.

FRENGICUS DORFELERUS

SCHPANSTADIG HALBERSTADTENSIS

V. A. M. B. A. S. A.

1560



## PRAEFATIO.



Vamvis varia remedia prodita in Jure fint, qvibus suum conseqvi actores possint, & qui in restiuendo contumaces sunt, compelli, pœnarumqve rigore coerceri soleant; aliquando tamen evenit, ut vel debitoris inopia, vel rei, de qua lis mota est, interitus spem petitoris fallat, efficiatqve, ut Judicium ex animi sententia exitum habere nequeat. Enimvero sicuti non raro fraudulenti rei, cum restituendi facultatem habent, dolositer giversantur, atqve moras inanes necunt; ita si vel maxime res casu apud possessorem vel detentorem perierit, negotium tamen nondum conjectum est, sed persæpe is, apud qvem inferit, ad præstandum periculum obstrictus est, adeoqve ad pretium & æstimationem rei casu peremptæ a Domino agi potest. Qvare, cum de argumen-to, in qvo elaborarem, cogitationem suscepisse, venit in mentem, non frustra operam consumptum iri, si indolem hujus obligationis, & qvatenus exceptio casuialis interitus cum effectu in judicio opponi queat, pro ingenii viribus

bus breviter explicarem. Qvo labore ut recte feliciter  
qve defungar, eumqve ad optatum finem perducam, Nu-  
minis Divini Gratiam supplici voto in auxilium arcessio.

§. I.

**U**m rerum potius, qvam verborum ratio haben-  
da sit, praserrim qvando horum significatio jam  
in vulgus cognita, perspectaque est; inde non diu  
explicationi Rubrica immorabitur, sed paucis circa

*Homonym.  
vocabuli  
Exceptionis.*

eam illustrandam agemus. *Exceptionis* vox in latissimo si-  
gnificatu accepta qvamvis defensionem notat; qvo sensu et-  
iam replicatio actoris nomine exceptionis venire poslit, l. 2.  
§. 1. l. 22. §. 1. ff. d. Except. l. 4. & 9. C. eod. Strictius vero  
sumptum hoc vocabulum nonnisi defensionem reorum no-  
tat; qvæ acceptio regulariter in Jure attendi solet. Sicuti ve-  
ro reus contra actionem vel summo jure fundatam, vel tan-  
tum de facto, ut loqui solent, in judicium deductam se tue-  
tur; ita duum generum exceptiones faciunt, vel *Juris*, vel  
*facti*. At enim cum vera & proprie sic dicta exceptio acti-  
onem semper præsupponat, pr. l. d. Except. & d l. 2. pr. liqvet,  
eas exceptiones, qvæ facti dicuntur, proprie tales non esse,  
add. Zof. Comm. ad Pand. t. d. Except. Hopp. ad Inst. pr. eod.  
Plures exceptionum divisiones apud Doctores passim videri  
queunt.

*Divisione exce-  
ptionum in fu-  
ris & facti.*

§. II.

Per casualem vero interitum intelligimus eum, qvi ho-  
minis industria non prævideri, aut ab eo, qvi patitur, evitari  
non potuit, l. 6. C. d. pign. act. l. 2. §. 7. ff. d. adm. rer. ad civ.  
pert. qvalis etiam diligentissimo patrifamilias evenire potest,  
dicen-

*Describitur  
interitus ca-  
sualis.*

didente Ulpiano in l. n. §. 5. ff. d. Minor. Dixi: *Ab eo, qui patitur.* Accidit enim aliquando, ut casus in se spectatus non fortuito eveniat, qui tamen ratione effectus, atque intuitu ejus, qui patitur, puta possessoris, vel detentoris pro tali censetur. Sic violenta extorsio per hostium incursionem facta pro casu fortuito habetur, & incendium, subiecto ab incendiariis igne obortum inhabitanti non recte inputatur. l. 5. §. 4. ff. *Comm. l. 30. pr. ff. ad L. Aquil.* *Ca-*  
*sus autem fortuitus, aut vitio ipsius rei evenit;* quo refer-  
*ter interitus animalium, l. 25. ff. d. R. I. mors liberorum,* §.  
4. l. d. *S. C. T. Tertull. servorum l. 18. pr. ff. Comm. l. 5. C. d. Com-*  
*merc. & mercat. j. l. 24. §. 2. ff. d. damn. inf.* vel procedit a vi  
qvadam externa, quæ averri nequit. l. 25. §. 6. ff. *loc. §. 2. I.*  
*Qvib. mod. re contr. obl. l. 2. ff. Qvod met. caus.* Cujusmo-  
di casus fortuiti innumeri evenire queunt. Vid. l. 2. §. 6. ff.  
d. aq. & aq. pluv. arc. l. 24. §. 4. ff. d. damn. inf. l. 15. §. 2. ff.  
locat. l. 2. & ult. ff. eod. l. 15. ff. d. publ. & rect. l. 5. §. 4. ff. *Comm.*  
Dicitur alio nomine interitus rei casualis etiam fatalitas. *Eius Synony-*  
t. i. C. d. *Jur. emphyt. major casus, l. 1. §. 4. ff. d. O. & A. Vis* <sup>ma</sup>.  
*Divina, l. 25. §. 6. locat. casus improvisus, l. 13. C. Mandat.* Et  
aliquando in Jure culpæ levi opponitur. l. 25. ff. *pro soc. l.*  
13. §. 1. d. lib. caus. *Struv. S. I. C. Ex. XIX. §. 31. Lyncker. A-*  
*nal. ad Locam. Inst. L. III. T. XV. verò tutela.*

*casualis ita alius est.* *§. III.*  
Qvibus ita præmissis, in rem presentem venimus, in- *Casualis inte-*  
qvistikuri, qvibus casibus reo Exceptio casualis interitus pro- *ritus regu-*  
fit. Et primo qvidem hanc regulam generalem forma- *lariter rei*  
nus: *Quicunque convenitur a Domino ad rem, quæ casu est.* *domino ne-*  
*perit, restituendam, exceptione interitus casualis tutus est.*

*Cuius ratio  
ex naturali  
æquitate erit.*

vid. l. 23. ff. d. R. I. Qvæ res manifesta æqvitate nititur.  
Cum enim aliquid periit, neqve tamen in altero culpa interitus residet, nihil magis cum naturali ratione convenit, qvam ut damnum pro fati infelicitate accipiatur, atqve adeo illud ferat, cnjus res propria fuit. Add. Pufend. d. J. N. & G. L. II. e. I. Neqve enim citra summam iniquitatem ejus eventus rationem qvis poscit, qvi in ejus potestate & viribus positus non erat; sic ut proxima causa, qvod qvicquam alicui imputari potest, sit dolus, vel culpa in committendo, vel omittendo admissa. Grot. d. I. B. & P. L. II. C. XVII. §. 10. Pufend. d. I. & d. O. H. & C. L. I. c. I. Accedit, qvod dominus ex re sua fructus, atqve utilitatem omnem percipiat; & circa eandem liberrime disponendi facultate gaudeat. l. 21. C. Mand. Rationi vero maxime consentaneum sit, ut incommodum cujusque rei eum sequatur, qvi commodum inde percipit. l. 10. ff. d. R. I. add. l. 26. §. 2. ff. d. pignor. l. 22. §. 3. C. d. furt. Qvare sicuti casuale incrementum lucro domini cedit; ita etiam fortuita damna æquo eundem animo ferre par est; qvo pertinent verba Pauli in l. 2. §. 6. ff. d. agr. & agr. pluv. arc. Add. Mev. Dec. 196. n. 4. seq. Atqve hinc est, qvod communiter qvalibet res suo domino perire dicatur. l. 9. C. d. pign. act.

#### §. IV.

*Res commo-  
data perit  
commodanti.*

Supposita, demonstrataqve hæc regula ad infinitos jam casus applicari potest. Sic ergo commodatarius a commodante ad rem, qvæ citra omnem ejus culpam interiit, restituendam conventus recte se hac exceptione tuetur. l. 5. §. 4. ff. Commod. l. 18. eod. Secus ergo est, si ob ejus iniuriam ab aliquo suscepitam damnum evenerit.

l. 25. §. 4.

§. 4. ff. loc. vel si casuale incommodum ab alieno usu, quam ad quem res commodato data fuit, dependeat. vid. l. 5. §. 7. ff.

*Comm.* Ex quo conseqvitur, non difficulti negotio responderi posse ad quæstionem:

Utrum teneatur commodatarius, si <sup>Q</sup> uam <sup>ambis com-</sup>  
re qvidem commodato accepta aliter, quam cotivenerat, <sup>modatarius</sup>  
usus sit, eademque perierit, quam tamen pari ratione in- <sup>secundum te-</sup>  
teritura fuerat, si apud dominum perficitur? Sane enim, <sup>gem confi-</sup>  
cum alienus usus nullum influxum ad interitum casualem <sup>tione eadem</sup>  
conciliandum præbeat, nulla ratio appetet, cur commoda- <sup>usus habet sit.</sup>  
tario ad hoc damnum ferendum obligatio inpingenda sit.  
Usum enim alienum non aliter eum luere par est, quam  
si per eum deterior res facta fuerit. vid. *Zoef. Comm. ad Pand.*

*Tit. Commod. n. 2.* Qvod si tamen probare queat dominus,

se rem, si retinuissest, aut justo tempore recepissest, distra- <sup>Hoc tamen</sup>  
eturum, adeoq; venditione casuale damnum declinaturum <sup>cum tempera-</sup>  
fuisse; aliter sentiendum est; qvod hoc casu prater meri- <sup>mento acci-</sup>  
tum aliquod incommodum subire non debet com- <sup>piendum est.</sup>  
modans. *Zoef. d. 1.* Quid vero, si is, cui ad domi- <sup>Exponitur,</sup>

nū res referenda a commodatario data est, cum eadem <sup>qvid turis sit,</sup>  
aufugerit; quis casum feret, commodans, an commoda- <sup>ubi is, cui</sup>  
tarius? Negotium breviter ita componendum erit, ut, <sup>res commo-</sup>  
quando voluntate domini res ad eum preferenda certo ho- <sup>data ad do-</sup>  
mini data est, casuale damnum in domini detrimentum <sup>minum refe-</sup>  
cedat; cum nihil imputari queat commodatario, qui do- <sup>renda data</sup>  
mini arbitrium secutus, & electæ ab eo personæ confusus <sup>est, eandem</sup>  
est; sin autem ipse commodatarius aliquem elegit, cui <sup>abstulerit.</sup>  
eam crederet, feret ipse damnum, qvod aliqua culpa sua  
domino arcessivit; cum majorem curam in exploranda  
personæ conditione & fide adhibere debuerit. add. l. 203.

ff. d.

*ff. d. R. I.* Nisi fortasse ei rem deferendam crediderit,  
qui communiter ab omnibus pro idoneo habitus est. *l. 10.*  
*§. 19. ff. & l. 20. Commod.* add. *Gomez. Var. Resol. II. c. 7.*

*Casualis interitus com-  
modatarium non liberat,  
si tempore periculi sua-  
rum rerum potorem  
quam rei commoda-  
rationem ha-  
buerit.*

*n. 3.* Neque vero commodatarius ad rem restituendam  
conventus exceptione casualis interitus recte se tuebitur,  
si tempore periculi urgentis, utputa incendi, ruinæ, nau-  
fragii, suarum qvidem rerum rationem habuerit, commo-  
datas vero neglexerit; cum enim omne commodum ex re  
commodata sentiat commodatarius, hinc officium diligen-  
tissimi patris familias circa eam custodiendam servare, a-  
deoqve majorem etiam quam in suis rebus solet, curam ad-  
hibere debet; ne cuiquam officium suum damnosum sit.  
*l. 5. ff. Commod. Add. Zoes. d. l.*

*§. V.*

*Pignus cre-  
ditori, non  
debitari, pe-  
nit.*

Ex eadem ratione creditor, si pignus casu fortuito pe-  
rierit, & debitor actione pignoratitia adversus eum agat,  
hac exceptione liberatur; & res debitori, tanquam  
Domino, interit. *§. ult. I. Quib. mod. re contr. obl. l. 29. pr. ff.*  
*Qui & a quib. manu. l. 5. 6. & 9. C. d. pign. act.* Neque e-  
nim creditor qvicquam aliud circa pignus, quam culpam  
latam & levem, praestat, *l. 5. §. 2. ff. Comm. l. 14. ff. d. pign. act.*  
add. *l. 23. ff. d. R. I.* Adeoqve si casuali interitu res perempta  
fuerit, facultate exigendi debitum nihilo fecius gaudet, *d.*  
*§. ult. Quia res tamen in Saxonia temperamentum recipit,*  
*ut locum in equis & pecoribus non habeat; horum enim,*  
*etiam casualis, interitus efficit, ut jus exigendi debitum ex-*  
*tingatur. vid. Landr. L. III. a. 5. in fin. Carpz. P. II. C. 26. d. l.*  
*& 2. add. Beier. ad Schultz. Synops. Inst. t. Quib. mod. re contr.*  
*obl.*

*Quod Jure  
Saxon. limi-  
tatur.*

*obl. lit. f. j. tamen l. 30. ff. d. pignor. ac<sup>t</sup>. Liqvet vero præ. Depositarius  
terea; etiam depositarium exceptione casualis interitus  
securum esse, qvoties ab ipso repetitur res deposita, qvæ ritus libera-  
citra ejus dolum interiit. l. i. §. ult. ff. depos.* Hunc e-  
tur.  
nim, & qvæ eidem in civilibus aqviparatur, latam cul-  
pam tantum præstat depositarius. *Qvod si ergo domino rem suam repetenti eandem denegeret, & hæc deinde ca-  
su fortuito pereat, frustra conventus ad hanc exceptionem confugit; d. l. i. §. ult. cum damnum hoc casu sua culpa sentiens, sentire illud non intelligatur. vid. l. 303. ff. d. R.A.*  
*Qvid si vero depositarius latam culpam admittens, effec-  
rit, ut non solum res deposita, sed suæ quoque res peri-  
rent; an exceptione casualis interitus contra deponentem serete defendetur? Qvod multi affirmant, & eam in rem pro-  
vocahit ad. l. 3. i. Quib. mod. re contr. obl. ubi ei, qvi qd res peri-  
parum diligenti amico rem custodiendam tradidit, actio  
ad damni restitutionem denegatur, qvod sibi imputare  
debeat, qvi in custodia rei suæ alteri committenda tantam imprudentiam admisit. add. l. 73. in fin. ff. profoc.* Enim  
vero qvi alienæ rei custodiam suscepit, simul latæ culpæ præstationem in se recipit; neqve ullibi in legibus reqviritur, ut in concreto diligentia spectari debeat. Accedit,  
qvod lata ejusmodi culpa in doli crimen incidere dicatur  
in l. i. §. 5. d. O. & A. & qvoad effectum seu juris interpre-  
tatione pro dolo habeatur. l. 26. d. V. & l. 32. depos.  
add. l. 28. pr. Mand. l. 47. §. 5. d. legat. I. Neqve huic sententiae qvicquam obstat allegatus §. utpote qvi non nisi de levi culpa loquitur; qvod ex verbis: *parum dul genit. custodit am* abunde appetit; secus ergo est, si à levitate tantum culpa depositarii casualis interitus provenerit;

B

qvem-

quemadmodum enim illam ex natura hujus contractus, unde solus deponens regulariter utilitatem sentit, non præstar depositarius, ita nec de casu fortuito ab illa dependente respondere tenetur. Quid aliter obtinet, quando depositarius vel deposito se obtulit, vel aliquid accepit, quod tunc ipsius quoque utilitas vertatur. I. 5. §. 2. ff. *Comm. qvamvis fatendum sit, hoc casu, si ab initio de mercede pro custodia præstanda convenerit, non tam depositum, qvam locationis conductionis negotium celebratum esse; cum sua natura gratuitum sit depositum, neque mercedem admittat.* *Zoef. ad 2. t. Depos. n. 19.*

S. i VI.

*In deposito irregulari periculum est depositarii.* Neque vero exceptio casualis interitus quicquam depositario prodest, quando depositum est irregulare.

Cum enim in hoc rei depositæ dominium in depositarium transeat; periculum quoque ad eum pertinet, & restitutio in genere facienda est. a. I. 11. C. Si cert. pet. j. l. 9. C. d. pign. add. *Mantic. L. 10. T. 9. n. 22. seqq.* Præterea rei depositæ periculum ad depositarium pertinet, quando semel eam dolose distraxit; licet deinceps in causam depositi eandem redemerit. I. 1. § 25. ff. *depos.* Add. *Frantz. ad t. depos. n. 22.* Cujus §. dispositionem abrogatam esse, quod hodie furti non teneatur, qui re deposita utatur, frustra contendit *Grænevvegius ad d. I. Vid. O. Crim. a. 170. Tabor in Racemat. ad d. art.* Cæterum depositarius, quando se in exceptione interitus casualis fundat, casum probare tenetur. a. I. 2. § 19. ff. *de probat. I. 1. C. d. pign. act.* Neque enim res periisse præsumitur; sed casus ejusmodi facti est; ea vero, quæ facti sunt, probanda esse, constat ex I. 16. C. d. *Probat. I. 10. C. d.*

*Qbis casualem interitum probare teneatur?*

*C. d. non num. pet. l. 7. C. d Except. l. 18. C. d. Testib.* Quid Probationis  
si vero depositarius ad juramentum se offerat, an audi-  
dus erit? Qvod admittendum non est, si nullæ aliaæ con-  
jecturæ accedant. vid. *Carpz. P. 2. C. 26. d 17. n. 5. Trenta-*  
*cinq. L. 3. t. d. Pignor. Resol. 3. n. 3.* Qvod si vero contra ex-  
ceptionem casualis interitus a depositario oppositam depo-  
nens replicet, casum a præcedente culpa profluxisse; hanc,  
quia in ea fundamentum intentionis suæ qværerit, proba-  
re debet; neqve sufficiet, allegasse, casum ejusmodi esse,  
qui non facile citra culpam præcedentem contingere so-  
leat; Sed probandum, in eo qvoqve casu, de quo agitur,  
culpam adfuisse. *a. l. 6. C. d. dol. l. 18. §. 1. ff. d. Probat.* qvic-  
qvid dissentiat *Hahn. ad Wesenber. t. depos. N. 14.* ubi con-  
tendit, interesse qvoad infortunii probationem, an res de-  
posita amissa sit casu tali, qui fieri soleat sine culpa, puta-  
ex causis extrinsecis naturalibus v. gr. terræ motu, violen-  
tia ventorum, inundatione aquarum; ubi probatio culpæ  
eandem alleganti incumbat; an vero casus evenerit, qui  
culpam præviā habere possit; v. gr. furtum, & tunc de-  
positarium, abfuisse culpam, probare debere; inqve eam  
sententiam responsum esse testatur. Nullibi enim leges  
hoc discrimen insinuant; citra qvas tamen loquendum  
haud est. *Nob. 18. c. 5.* Et sufficit, casum in se fortuitum  
esse posse; qvod enim culpa eidem occasionem dederit;  
hoc facti est, adeoque ab allegante probandum. vid. *Lau-*  
*terb. Coll. Tb. Pr. t. Depos. n. 35.*

§. VII.

Neqve aliter res in contractu societatis habet. Nam *In societate*  
in hoc socius de casuali interitu respondere non tenetur. *damnum ca-*  
*52. §. 3. seq. ff. Proscōr.* *l. iusuale commu-*  
*-nē est.* *Quemadmodum enim lucrum inter-*  
*-cessus edundans compensabili B. 21. i. p. c. 2. utriusq. so-*  
*-lentibus*

socios communie est; ita etiam damnum omnes ferre  
par est. d.l. Ex qvo facile colligi potest, quid de illo ca-  
su sentiendum sit, qvo unus tantum pecuniam in societa-  
tem contulit; alter vero nonnisi operas præstít. Ni-  
**Q**uando ab  
uno pecunia,  
ab altero o-  
pera collata  
est; illius in-  
teritus ad e-  
um solum,  
qui contulit,  
pertinet.  
**Q**uod fuisus  
confirmatur-

si enim peculiari pacto, qvod legem dat contractui; l. 23.  
ff. d. R. I. aliud inter socios determinatum fuerit; resilli-  
soli perit, qui eam contulit; tanquam domino, secundum  
regulam superius traditam. add. l. 9. C. d. pign. add. Sane  
enim qvisolam pecuniam in societatem confert, ipsam  
sortem socio haud communicat, sed solum ejus usum, qui  
respondeat operæ, quam alter in societate navat. Sors  
ergo collata conferentis propria manet; adeoque pericu-  
lo ejus existit; ut, si pereat, in partem casualis ejusmodi  
damni alter socius vocari non possit. Accedit, qvod, qui  
pecuniam contulit, ex qua nihil lucri quæsitum est, eam  
solum, dissoluta societate, recipiat, neque ad alterum, qui o-  
peras contulit, qvicquam perveniat; Unde æquum est, in  
commodum casualis interitus eundem etiam ferre. a. l. 10.  
ff. d. R. I. Add. Scotan. ad tit. ff. pro soc. Grot. d. I. B. & P. L.  
II. n. 24. Struv. S. I. C. ad d. t. n. 34. Zoes. Comment. ad Pand.  
t. Pro Soc. n. 21. qvic. l. recte ostendit, maximam inæqua-  
litatem orituram esse, si periculum hoc casu foret com-  
mune; eum enim, qui operas contulit, & frustra consum-  
fisse laborem, & damni præterea partem sensurum esse. I-  
mo si recte rem astimes, parum res ab usuraria pravitate  
aberit; dum hoc modo, qui pecuniam contulit, nullum  
unquam pecuniæ collata in totum amittendæ periculum  
subiturus est.

§. 15. VIII.

Sed videamus breviter, qibus argumentis  
innitantur, qui hoc casu damnum commune esse con-  
tendunt

tendunt. Provocant autem primo ad l. 52. §. 4. ff. Pro sociis  
ubi Iesus ejusmodi casum proponit : Quidam sagarij apud  
negotiationem coierunt ; alter ex his ad merces comparandas  
profectus in latrones incidit , suamque pecuniam perdidit .  
servi ejus vulnerati sunt ; resque proprias perdidit . Iustia-  
nus scribit , damnum esse commune ; ideoque actione pro socio  
damni partem dimidiam agnoscere debere . Enimvero hic  
textus non loquitur de eo casu , quo ab uno sociorum pe-  
cunia , ab altero tantum opera , sed quo utrinque pecu-  
nia confertur ; id quod aperte ex eo liquet , quod men-  
tionem facit Iesus duplicitum rerum , iqvaram jactura facta  
sit ; primo propriarum , & deinde rerum societatis ; ut a-  
liter colligi non possit , quam ab altera quoque parte pe-  
cuniam fuisse collatam ; quo casu scrupulo res caret , &  
expeditum est , casualem rerum interitum cum utriusque  
socii damno coniunctum esse . Confugunt secundo ad l. 29. §. 1.  
ff. eod. ubi Ulpianus ait , ita coiri societatem posse ,  
ut nullius partem damni alter sentiat ; lucrum vero commu-  
ne sit . Unde colligunt , si societas cum pacto , ut unus  
nullum damnum , sed partem lucriferat , a lege compro-  
betur ; inde necessario consequebitur , si nullum tale pactum so-  
cietai adjectum sit , securus fore , adeoque casualem quoque  
interitum rei ab uno collata communem futurum esse .  
At enim in c. l. nullius pacti expressi fit mentio ; sed simpli-  
citer eo modo , quo dictum , contrahi societatem posse , af-  
fertur , quod nemo negat , atque id ipsum est , quod propu-  
gnamus . Deinde si vel maxime contendas , expressum  
pactum in cirato textu supponi ; nihil hoc tamen nostram  
sententiam feriet ; cum nullum sit dubium , posse etiam  
cum talipacto societatem iniri , ut , quamvis ab utraque  
parte cum obsecracione B. 3. p. 25. fortinuptiam inti-  
mitur .

parte pecunia sit collata, alter tamen solum lucrum ab o-  
mni damno immunis sentiat; si nempe, ut ibidem *Jetus*  
*subjicit*, tanti sit opera, qvanti damnum est, ut si solus navi-  
get, solus peregrinetur, atqve alia pericula subeat. Inane  
*Dissolbitur*  
*aliquid dubium.* est, qvod tertio urgent: Nisi commune hoc casu damnum  
fit, æqualitatem servatum non iri; qvia is, qvi pecuniam  
contulit, nec fructum ex ea sentiret, & ipsius sortis jactu-  
ram faceret; cum ad alterum simplex damnum, operaæ nem-  
pe frustra consumptæ, redumdaturum esset. Apparet e-  
nim facile, damnum, qvod is sentit, qvi operas contulit,  
æqviparandum cum illo, qvod ex amissione pecuniæ ad  
alterum redundat; &, si secus obtineret, cum maxima ini-  
quitate divisionem damni conjunctam fore; qvod in supe-  
rioribus jam ostensum est.

§. IX.

*Alii ad hanc  
qæstionem  
disting. re-  
spondent.*

Sunt præterea, qvi omnem hanc item, adhibi-  
ta-distinctione, componi posse, sibi persuadent; ut commu-  
ne utriusque socii damnum faciant, qvando pecunia sta-  
tim post initam societatem, anteqvam alter socius operas  
præstare posset, interiit; Sin vero, navata jam ab altero  
opera, suscepisqve laboribus damnum emerserit; hoc ei  
soli tribuant, qui pecuniam contulit. Cui distinctioni  
fundamentum iu eo qværunt, qvod ante operas præsti-  
tas alter nihil plane in societatem contulisse videatur; ini-  
qvum vero sit, unum qvidem sociorum nullum damnum.

*Qorum opati;* torum vero periculum ad alterum pertinere. Enim  
*modo refellitur.* vero nullam hæc solidam rationem continent, per qvam  
evinci possit, damnum oportere commune esse. Cum  
enim socius, qvi ad operas conferendas ex lege societas  
adstrictus erat, paratus fuerit easdem præstare; non ap-  
paret, cur, operarum materia per casum fortuitum inter-  
cepta

cepta, ipse propterea multandus sit ; cum satis incom-  
modi vel ex eo sentiat, qvod spes ipsi per operas lucrum  
faciendi decollavit. Neqve firmiori fundamento illi ni- Aliorum di-  
stinctio.  
tuntur, qui distinguunt, utrum opera ab uno sociorum col-  
lata tanti momenti sit, ut non solum usui pecuniae ab  
altero collatæ, sed etiam ipsi sorti æquiparari queat ; an  
vero nonnisi usui & fructibus pecuniae respondeat ; ut il-  
lo quidem casu fortuitus pecuniae interitus soli ejus do-  
mino noceat ; posteriori vero casu etiam is, qui solus ope-  
ras contulit, in partem damni venire debeat. Neqve e- Hec quoque  
fundamento  
nim huic distinctioni fundamentum ex ulla lege concili-  
ari potest ; de ratione vero adducta quid habendum sit, ex  
iis, quæ supra sunt exposita, liquido appetat. Alii pericu-  
lum pecuniae ab uno in societatem illatæ & casu amissæ  
commune esse, ex eo contendunt, qvod fors ejusmodi  
qvoad proprietatem etiam alteri communicetur, qvod Respondetur  
ad l. i. C. Pro soc.  
probare conantur ex l. i. C. Pro soc. soc. Enimvero in c.l. non  
definitur hæc quæstio, sed simpliciter dicitur, societa-  
tem, uno pecuniæ conferente, alio operam, posse con-  
trahi ; unde nulla communicatio dominii atqve proprieta-  
tis pecuniae ab uno collatæ evinci potest ; cum vocabu-  
lum *conferente* non nisi usum atqve fructus pecuniae respi-  
ciat. Neqve obstat l. i. & 2. ff. eod : quippe d. LL. de so- Explicatur l.  
1. & 2. ff. eod.  
ciate omnium bonorum loqvuntur, ubi proprietatem  
rerum atqve bonorum mutuo communicari, nullum est  
dubium. Conf. Fabin. Controv. Jur. Lib. II. c. 94. Cæte-  
rum illud etiam expeditum est, quæ socio occasione soci-  
etas remotiori obveniant, non posse in societatem im-  
putari ; sicuti nec lucrum ea ratione quæsumum commu-  
ne est. l. 60, §. 1. ff. Pro soc. Lauterb. Coll. Th. Pr. ad d. tit.  
§. 26. §. X.

*Mandans  
non tenetur  
de casuali da-  
mino, quod  
mandatarius  
patitur.*

*Distinctio  
Brunneman-  
ni.*

*Quod relictur.*

*Respondetur  
ad l. 52. §. 4.  
ff. Pro soc.*

*Dissolbitur  
dubium, ex  
l. 61. §. 5. ff.  
d. furt.  
petitum.*

Prætetea mandans, si actione mandati contraria ad casuale damnum, quod mandatario obvenit, resarcendum conveniarunt, recte exceptionem casualis interitus opponit. l. 26. §. 6. ff. mand. ut si in ipsa mandati executione a latronibus spoliatus fuerit; aut res naufragio amiserit. Casualem enim hujusmodi interitum, cum mandanti imputari non possit, mandatarium ferre par est. vid Fab. in Cod. t. mandat. def. 29. Eqvidem Brunnenm. ad d. l. 26. §. 6. n. 8. distingvit, utrum damnum in rebus ad exequendum mandatum necessariis, utputa vestimentis, datum sit; an vero in rebus superfluis; & has quod mandatario perire largitur, illarum vero damnum a mandante ferendum esse existimat. add. Frantz. ad t. ff. mandat. n. 89. Struv. ad eund. t. l. b. 12. At enim cum citata lex non distinguat, & alias juris dispositio manifesta, quamvis dura, seqvenda sit, a l. 12. §. 1. ff. Qui & a. quod. man. non appetet, qui ejusmodi distinctio admitti poslit; cum enim pacto speciali aliud determinatum haud est, juxta indolem & naturam negotii partes se obligasse censemuntur, adeoque præter culpam nihil a mandante præstandum; atque receptio casus fortuiti facti est, quae ab allegante probanda. Lauter. Coll. Th. Pr. t. Mandat. n. 36. Frustra objicitur l. 52. §. 4. ff. Pro soc. Quod enim legis illius sensus sit, in superioribus jam est expositum; & alias manifestum est, a societate ad mandatum non recte colligi. Majoris momenti illud dubium videtur esse, quod eliciunt ex l. 61. §. 5. ff. d. furt. ubi Africanus ait: Quod vero ad mandati actionem attinet, dubitare se ait, num eque dicendum sit, omnimodo damnum prestari debere; & quodem hoc amplius, quam in superioribus causis servandum; ut etiam, si sig-

807

*noraverit is, qvi certum hominem emi mandaverit, furem  
esse, nihilominus tamen damnum decidere cogetur.* Cujus  
rationem deinde subjungit, qvod procurator seu manda-  
tarius justissime alleget, non fuisse id se damnū passurum, si  
id mandatum non suscepisset. Enimvero ex lectione to-  
tius legis, citra quam judicandum haud est, l. 24. ff. d. LL.  
facile apparet, sermonem in ea esse de tali casu fortuito,  
qvi saltem ab aliquo mandantis culpa procescit. Qvod  
manifeste liquet ex illis *Iti* verbis, cum ait, *mandantis  
culpam esse, qvi talem servum emi sibi mandaverit.* Sup-  
ponitur ergo, mandantem facile potuisse scire, cujus con-  
ditionis esset servus, quem emendū alteri mandavit, qvo ca-  
su de damno resarcendo mandantem teneri, facile largi-  
murus. *Struvius* c. l. distingvit, utrum ex ipso negotio  
mandato damnum evenerit, idque ferendum esse a man-  
dante; an vero extra causam mandati contigerit; hocque  
ad procuratorem pertinere. At enim & hoc discrimen  
leges ignorant; adeoque indistincte solum mandatarium  
casus mere fortuitus, qvi citra ullam mandantis culpam  
accidit, affliget. add. l. 26. §. 7. ff. *mandat.* l. 12. §. 9. eod.  
Qvod ita in Praxi quoque sequendum, nisi contraria  
lex, vel consuetudo doceri queat. a. l. 27. C. d. *testam.* ut *Huic senten-*  
*tiePraxisonis*  
hinc abrogationem d. §. non largiamur *Granevdegio*, qvi *est adverba.*  
eum pro sua in abrogandis legibus liberalitate antiquatum  
cupid. add. *Marq. d. Jure Mercat. p. 2. c. 5. n. 56.* Secus au- *Eiusdem limi-*  
tem dicendum est, qvando in locum aliquem periculosum  
mandator sciens procuratorem misit; hoc casu enim in-  
eo, qvod mandatarium non monuit, utique culpam admi-  
sit, qvæ ab ipso præstanda venit. *Hahn. ad Wesenb. t. Man-  
dat. n. 10. Brunnem. c. l.* Nam & alias contra eum interpre-  
C  
tatio

tatio facienda est, qvi legem contractus clarius enuntiare potuit. l. 39 ff. d. pact. Lauterb. Coll. Th. Pr. t. Mandat. §. 36. Imo etiam priori casu mandantem admonendum esse, non diffitemur, ut ex aequitate damni partem, ad quam rigore Juris compellit non poterat, in se recipat; ne procurator occasione gratuiti negotii eveniens incommodum solus ferre teneatur. l. 7. ff. Qvem adm. test. aper. In quam sententiam a JCis Lipsiensibus responsum esse, memorat Carpz. P. II. C. 20. def. 14. in fin. verb. Aufz zureden und Erinnerung der Christlichen Liebe.

### §. XI.

Vidimus hactenus, quatenus exceptio casualis interitus in iis contractibus valeat, in quibus dominium non in contractu transfertur. Secus ergo est, quando contractu reali interiori, ubi do to dominium per eundem in accipiente transit; ita ut minium trans- is nonnisi obligationem ad genus restituendum contrahat; fit, periculum est accipientis, qvia enim tunc ipse dominus est, res quoque periculo ejus est, eidemque perit; praesertim cum genus perire non censeatur. l. 11. C. Si cert. pet. Sic ergo qvia mutuatarius Cuius exemplum est contractus mutui. non rem alienam, sed suam, & propriam possidet., pr. I. Quid. mod. re contr. obl. l. 1. §. 2. ff. d. O. S. A; eadem damno ipsius interit; ut conditione ex mutuo conventus frustra refugium in exceptione casualis interitus queratur. l. 11. C. Si cert. pet.

### §. XII.

Excutitur qd. a. f. d. pe. Quid si vero pecunia alicui ad predium emendum cum in eben-data sit ea lege, ut non prius crediti nomine alter oblitum mutuo data, qd. a. f. d. pe. gatus esset, quam emisset; pecunia vero ante emitionem viit, casu

casu fortuito pereat, an is, qui eandem suscepit, exceptio-  
ne casualis interitus tutus erit? De quo ut recte constet,  
dispiciendum, qualem negotium hic contractum sit; Nam  
si mutuum fuerit, ad restitutionem tenebitur; si a-  
liud negotium subsit, ex ejus indole judicandum est. Ap-  
paret autem, hoc casu non mutuum, sed depositum con-  
tractum esse; interim enim, dum pecunia nondum in  
prædiorum emptionem actu collocata est, per modum de-  
positi apud alterum existit, adeoque dominium non est  
translatum. add. l. 23. ff. d. R. I. Qvare casus fortuitus a  
deponente, tanquam domino ferendus est; Nec est, quod  
dicas, pecuniam in alterius utilitatem datam esse, adeo-  
que & incommodum casus fortuiti ab eo ferendum esse.  
a. l. 10. ff. d. R. I. Nec enim ex hoc, quod quis utilitatem  
ex negotio percipit, consequitur, casuale damnum etiam ab  
eodem ferendum esse. Ita constat, commodatum regu-  
lariter in solius commodatarii utilitatem contrahi, & peri-  
culum tamen casus fortuiti ad commodantem pertinet. §.  
2. I. Quib. mod. re contrab. obl. Illud solum ergo exinde  
fluit, non ad latæ tantum culpæ præstationem, uti regula-  
riter sit in deposito, hoc casu depositarium adstrictum esse,  
quod in ipsis commodum pecuniae depositio facta est; ad  
casualem vero interitum ferendum, cum dominium non  
transierit, eum obligare nimis grave fuerit: Enimvero  
huic sententiae maxime obstare videtur l. 4. ff. d. R. C. Si sensus l. 4. ff.  
quis nec causam, nec propositum fecerandi habuerit, & tu  
empturus prædia, desideraveris mutuam pecuniam, nec volu-  
eris crediti nomine, antequam emisses, suscipere; atque ita  
creditor, qui necessitatem forte proficisciendi habebat, de-  
posuerit apud te hanc eandem pecuniam, ut si misses, crediti

Huius pericu-  
lum est dantie.  
Respondetur  
ad dubium

*nomine obligatus esse.* Hoc depositum periculo ejus est, qui suscepit. Nam & quirem vendendam acceperit, ut pretio uteretur, periculo suo rem habebit. At enim facile hic nodus dissolvi poterit, dummodo notetur, periculi vocem non semper casum fortuitum involvere, sed huic aliquando in Iure opponi. vid. l.l. §. 35. ff. depos. Sermo igitur in c. l. est de ejusmodi periculo, qvod non a casu simpliciter fortuito dependet, sed aliquva depositarii culpa, quam is praestare tenetur, provenit.

### §. XIII.

*Exceptio casualis interitus liberat do-* qvæ alteri ex negotio unilaterali debebatur, conventionem casualis minum, debi interitus liberat. Qvamvis enim, uti hactenus pluribus de- torem res fin- ductum est, qvælibet res regulariter suo domino pereat;

id tamen fallit, qvando res non amplius perfecte ad dominum pertinet, sed is ad eandem alteri tradendam ex contractu adstrictus est; cum enim sic speciem seu rem singularem debeat, casuali hujus interitu merito liberatur.

*Sententia hu-* l. 23. ff. d. P. O. Qvod in manifesta æquitate fundamen-  
ius æquitas o-  
ftenditur. tūm habet. Cum enim ex tali re, qvæ periit, praestita lucrum alter facturus fuerit, absurdum & iniquum fore, si promissor, cum ad certam speciem præstandam se adstrinxisset, ea perdita, istius quoque estimationem solvere teneretur. vid. Pufend. d. I. N. & G. L. V. C. V. §. 3. Sic ergo si Titius a Cajo sibi eqvum, aut aliam rem singularem stipulatus fuerit, hæc vero casu ante traditionem apud dominum perierit; Titius ex stipulatu acturus exceptione casualis interitus recte repellitur; cum aliud sit rem, aliud ejus estimationem promittere, & negotii, qvod con- tra-

tractum est, natura strictam interpretationem requirat.  
Add. Struv. JPr. R.G.L. III.T.3.n. 21.

§. XIV.

Tertio hanc conclusionem formamus : *Quotiescumque dominus ad rem alteri ex contractu oneroso debitam, piso compedit prestandam convenitur; toies de interitu casuali recte ex titulo onerocipit, & petere nihilosecius potest, ut alter ex sua parte consolatur alteri debitorum adimpleat.* Ita perfecta emptione venditione, res nondum tradita, sed adhuc apud venditorem existens, a- deoqve ejusdem propria periculo tamen emptoris est; & qvamvis casu fortuito perierit, hic tamen ad pretium solvendum nihilominus compelli potest. *t. t. ff. d. peric. & comm. reivend.* Qvod qvidem commentum *Juris Civilis* vocat Grot. d. J.B. & P. c. XII. §. 15. & rem verditam ante traditionem venditoris tanquam domini periculo vult esse. Enimvero nullam *Grotius* rationem adjicit, qva aliquam in hac *Juris Civilis* dispositione iniqvitatem evincat. Sane enim æqvum etiam naturali jure est, ut qvia emptor post empt. vend. perfectam non statim pretium obtulit, & rem avocavit, hujus moræ suæ poenam ipse, non aliis lhat. *a.l. 155. ff. d. R. I.* Qvam rationem ceteris non citra causam prætert *Pufend.* d. I.N. & G.L. V. c. V. §. 3. Accedit, qvod rei venditæ fructus etiam atqve emolumenta ante traditionem ad emptorem pertineant, adeoqve naturali æqvitati conveniat, damna quoqve eundem ferre. *a.l. 10. ff. d. R.I.add. l. 13. §. 8. ff. d. act. empt.* Neqve vero exceptio casuallis interitus venditori semper prodest, sed aliquando periculum ad ipsum pertinet; utputa si genus in hunc contractum deductum sit; qvia enim hoc non peri-

*Exceptio est  
in venditione  
generis.*

re censetur, per casualem speciei sub illo genere comprehensa interitum venditor non liberatur. 1.14. §. 1. ff. d. per. & comm. rei vend. Idem dicendum est, quando alterativa obligatio contracta est; quavis enim hic sufficiat, alterutrum adimpleri, c. 70. d. R. I. in 6. si tamen res alterutra perierit, ea, quae superest, praestanda venit, adeoque per interitum casualem electio venditori erupta est. 1.36 §. 6. d. Contrab. empt. Zoes d. ador. t. d. per & . comm. rei vend. num. 2. Sunt & alii casus, quibus haec in venditore exceptio cessat, de quibus ex iis, quae deinceps sequentur, rectius constabit. Præterea cum venditor ad evictionem emptori præstandam obstrictus sit, liberabitur, si res apud emptorem casu fortuito perierit, neque de evictione venditor tenebitur; ut enim ad hanc obligetur, reqviritur, ut res per sententiam, facta eidem litis denunciatione, in judicio evicta, atque executio facta sit. 1.16. §. 1. l. 21. l. 34. §. 1. d. Eviction. Qvod adeo verum est, ut si vel maxime venditor evictionem contra quemcunq; promiserit, tam de facto, quam de jure; re tamen extra judicium per injuriam, aut vim maiorem, utputa hostilem, ablata, ad præstandam evictionem haud teneatur, uti cum Corbmanno I. Consil. 25. & Myns. I. O. 54. recte sentit Lyncker. Anal. ad Struv, S. I. C. L. XXI. T. 2. tb. 30. Qvod si enim injusta fuerit ejectio, aut a judge ea processit, aut ab alio. Illius injuria, velut casus fortuitus, ab eo sustinendus est, qui patitur; alterius autem violentia eidem soli nocet. vid. Mev. P. VI. Dec. 34. Quid vero, si Principis facto res adempta venditori sit, an hoc venditori nocebit? Adhuc dicendum est, de evictione haud teneri venditorem; quippe, re principis facto adempta, perinde habetur, atque si casuali interitu

Principis facta  
etum pro causa  
fortuito  
babetur.

tu periret, de quo respondere non tenetur venditor. *I. 26.*  
*C. d. Evidt. l. n. l. 21. ff. cod. add. Berlich. Dec. 130. Frantz. n.*  
*778. seq. Lyncker. c. l. ad verb. factio Principis, Carpz. V. Resp.*  
*45. & Dec. 238.* Qvoties igitur res Principi factio ipsius  
cessit, toties casu fortuito periisse censenda est; adeoque  
periculum fert dominus, vel qvicunque huic factio causam  
& occasionem suggescit. Ita cum pecunia sub lite inter  
debitorem & creditorem in judicio deposita a Principe  
ablata, & in usus ipsius conversa esset, in disceptationem  
venit, utrum a debitore iterum solvenda ideo ejus peri-  
culo fuerit, an creditoris? Qvam qvæstionem in secunda  
instantia ita decisam fuisse refert *Mev. Dec. XV. Part. III.*  
ut dispiciendum tali casu sit, penes quem steterit, ut non  
solvetur, ejusque ex mora qvadam sua esse periculum.  
Qvod si igitur appareat, creditoris causa id factum, qvod  
fortasse injunctam sibi liqvidationem, ab adversa parte peti-  
tam perficere cunctatus est; casum, pro quo Principis fa-  
ctum reputandum sit, ipsius periculo contigisse; tum ob  
moram, tum ob præstitam depositioni causam, tum depo-  
sitionis effectum, qvod illa solutionis instar sit, adeoque  
liberet. Qvamobrem ubi pecunia deposita fuerit, aut  
seqvestra, extinguitur contra deponentem actio, & tan-  
tum hæc contra seqvestrem, cui pecunia data est, compe-  
tit. *I. s. §. 1. ff. depo.* ejusque periculo existit, qui impetra-  
vit seqvestrem. *Vid. Curt. Tr. d. Except. p. 3. c. 2. n. 178.*

### §. XV.

Enimvero aliquando frustra actori rem suam pe-  
tentis exceptio casualis interitus opponitur, sed a possefso-  
te vel detentore ferendus casus est. *Qvo pertinet si quis* Exceptio ca-  
sualis interitus

*sus ei non casuum fortitorum prestationem pacto in se receperit. Competit, q̄b*i* eundem in se ventio enim dat legem contractui, l. 23 ff. d. R.I. & sibi impacto recepit. putet, qvi, cum periculum ferre non teneretur, ejusmodi*

*tamen pactum sponte cum altero initit; cum, qvod ab initio voluntatis erat, ex post facto necessitatis factum sit. l. 5. c. d. O. & A. add. l. 6. C. d. pign. act. l. 9. §. 2. ff. locat. Unde Gail. L. II. O. 23. cautelam locatoribus suggerit, ut in lege locationis in omnem casum, etiam fortuitum, sibi prospiciant, ne deinceps, ubi conductores ad mercedem præstandom convenerint, exceptione casus fortuiti repellantur.*

*Causa fortuiti: Quid vero, si quis in genere ad causas fortuitos præstandos complectitur etiam in solitos.*

*se obligaverit; an, casu aliquo insolito eveniente, ad exceptionem interitus casualis recte configuiet? Afferunt hoc Zang. Tr. d. Except. L. III. XXIII. Mant. L. V. t. 8. Rauchbar.*

*L. 2. q. 29. n. 20. Besold. Consil. 194. n. 61. Molin. Disp. 495. n. 20.*

*Gail. c. I. n. 19. Enimvero non appetet ratio, qva insoliti causas a fortuitis excludi queant; cum hi vel maxime pro fortuitis censendi veniant, qvi præter omnem expectationem contingunt. a. I. 19. §. 2. ff. Locat. Struv. S. I. C. Ex. XX.*

*Non tamen §. 44. Qvod tamen non ita laxè accipiendam est, ut extendatur etiam ad causas insolitissimos, de qvibus nemo facile cogitare potuit; præsertim cum renunciatio atque receptio causus fortuiti strictam interpretationem desideret, uti recte docet Brunnem. ad L. 78. n. 4 ff. d. Contrab. empt.; & de his insolitissimis casibus exaudiendam esse puto l. 78. §. ult. ff. d. Contrab. empt. add. Carpz. P. II. C. 26. d. 8. in fin. Hopp. Comm. ad Inst. t. d. Obl. in fin.*

*Cessat etiam exceptio causarum.*

### §. XVI.

*Præterea exceptioni nostræ locus haud est, quando*

660

*casus dolo vel culpa in negotio praestanda evenit.* Sic enim *alii interire*,  
casus fortuitus recte imputatur; imo intuitu ejus, qui *vel culpa ei  
dolo suo, vel culpa eundem accessivit, plane pro fortuito causam de-  
habendus non est.* vid. I. 5. §. 4. & 7. ff. *Commod. I. II. §. 1. dat.*  
*ff. loc.* Sic ergo *commodatarius* qualibet culpa sua, etiam  
levissima, eveniens *damnum* *praestat*; *depositarius* nonnisi  
tunc tenetur, quando a lata ejus culpa *casus* provenit, &  
sic in cæteris contractibus res habet, ut in dijudicanda  
præstatione *casus* fortuiti ad naturam & indeolem negotii,  
de quo agitur, respiciendum sit, &c, quæ culpa in eo *præ-  
standa* sit, attendi debeat; Sed queritur: Utri hoc casu *probandi* <sup>Quid proban-</sup>  
*necessitas* *incumbat*, *culpam* *casui* *adfuisse*, *vel* <sup>di omnis hoc  
cau subire</sup>  
*adfuisse?* Resp. cum quisque *fundamentum* *sua* *intenti-  
onis*, adeoque etiam *reus* exceptionem *casualis* *interitus* ponitur.  
allegans eandem probare debeat, eidem etiam deducen-  
dum est, *interitum* *proprie*, & *vere* *casualem* *fuisse*, h. e. a  
culpa *præcedenti* haud *profluxisse*. I. ult. ff. d. *Custod.  
reor. I. 21. ff. d. R. V. add. Zoes. ad Pand. t. Commod. num. 14.*

### §. VII.

Nec magis reum exceptio *casualis* *interitus* juvat,  
quando ejus *mora* *casum* *præcessit*. Quid *mora* efficit,  
ut periculum rei non traditæ in morosum debitorem  
transeat, atque obligatio perpetuetur; I. 23. ff. d. V. O. I. 8. §.  
6. ff. d. *precar.* *Quod te mibi dare oporteat, id postea*  
*perierit, eum per te factum erit, quo minus id mibi dares,* <sup>Excludit et.</sup>  
*iam excepti-  
tuum fore detrimentum constat;* uti dicitur in. I. 5. ff. <sup>onem casus.</sup>  
*d. R. C.* Nec est, quod quis dicat, si res *casu* *peri-  
erit, præstari* eandem non posse; quod impossibilium nul-  
la sit obligatio. I. 185. ff. d. R. I. Hoc enim tum solummo-  
do valet, quando *casus* *præcessit* tempus *præstandi* debi-  
tum; secus autem longe est, quando in *mora* *debitor* con-

*Quod limitatur.*

stitutus est, qui sibi imputare debet, quod non maturius & justo tempore rem, cuius praestandæ facultatem habebat, tradiderit. Add. *Mev. P. I. Dec. 45. n. 3.* Quod tamen fallit, si res apud alterum quoque peritura fuerat. *I. 14. §. 1. ff. depos.* add. *Hopp. Comm. ad Inst. t. d. Oblig. in fin.* Sic enim nulla causa subest, cur conqueratur dominus, cum, si definito tempore rem accepisset, perinde eadem caritatus fuisset. Sunt tamen, qui volunt, debitorem, re post moram perempta, simpliciter teneri, quamvis pariter apud alterum restituta justo tempore interitura fuerit. Cujus sententiae fundamentum præcipuum quærunt in *I. 25. §. 2. ff. Sol. matr.* ubi Paulus ait: *Si post divortium res dotales deteriores factæ sint, & vir in reddenda dote moram fecerit; omnimodo detrimentum ipse præstabit.* Præterea configuiunt ad *I. 47. §. ult. ff. d. leg. & fideic.* I. ubi Ulpianus ait: *Si fundus chasmate perierit, Labeo ait, utique estimationem non deberi; quod ita verum est, si non post moram factam id evenerit; potuit enim eum acceptum legatarius vendere.* Nituntur quoque *I. 5. §. ult. ff. d. Cond. caus. dat*; ubi, si aliquid acceptum fuerit, ut manumitteretur servus, is vero decesserit, distinguitur, utrum in manumissione mora admissa sit, nec ne; ut illo casu refundendum sit, quod pro manumissione acceptum est, hoc vero casu condici non possit. Enimvero ex hisce legibus nihil valide, quod pro confirmanda contraria sententia faciat, excuspi potest. Nam quod attinet primo *Explicatur. I. 25. §. 2. ff. Sol. matr.* in ea simpliciter dicitur, morosi mariti periculo dotem non restitutam esse; utrum vero eo quoque casu, quo res apud uxorem interitura fuerit, teneatur, non determinat; Altera *I. 47. §. ult. ff. d. leg. 1.* in-

in epte ad institutum trahitur , cum ea expresse loquatur *Respondetur*  
de casu , qvo petitor rem sibi justo tempore restitutam di- *ad alias LL.*  
stractus fuerat ; ut dici non possit , rem apud ipsum qvo-  
que perituram fuisse . Nec plus præsidii repositum est in  
*I.5. §. ult. ff. d. Cond. caus. dat.* Nam & illa non definit ,  
quid dicendum sit eo in casu , qvo res , qvæ periit , apud al-  
terum qvoqve peritura fuerat , sed simpliciter de mora lo-  
quitur ; distinctio vero adjecta respicit casum , qvo servus  
ante moram decepsit . Confirmatur autem hæc nostra  
sententia manifeste per *I. 14. S. 1. ff. depos.* ubi JCtus ait ; *et*  
*qvum esse , naturalem interitum ad actorem pertinere ; uti-*  
*que cum interitura esset ea res , et si restituta esset actori .*

**§. XVIII.**

Sed jam iad specialiora descendemus , excussuri , qva-  
tenus supervenienti domino & rem suam vindicanti bo- *B. f. posses-*  
næ vel malæ fidei possessor exceptionem interitus casualis *for contra*  
recte opponat . Ubi primo certum est , b. f. possessorem contra exceptione  
dominum regulariter recte se hac exceptione munire . Dicitur *casualis inte-*  
autem b. f. possessor , qui rem a non domino , titulo ad tran- *ritus securus*  
ferendum dominium habili , bona fide accepit . *§. 35. d. R.*  
*D. I. 36. ff. d. Usurp. & Usuc. I. 27. ff. d. contrab. empt. I. 7. §. ult.*  
*ff. d. publ. in rem act.* seu qvi illæsam rei alienæ , qvam possi-  
det , conscientiam habet . *I. 27. ff. d. contrab. empt. I. 68. pr. ff.*  
*eod.* Ubi tamen supponitur , hunc bonæ fidei possessorem  
nondum usucaptionem adimplevisse *§. 4. I. d. Act. I. 1. pr. ff.*  
*d. publ. in rem act.* ; alias enim verus dominus est , & citra du-  
bium res ipsi perit . *I. 3. ff. d. Usurp. & Usuc. I. 20. C. d. pact.*

*Qvod*

**Q**uod vero casuali rei interitu b. f. possessor liberetur, ex ipsa  
**Q**uod probatur.  
natura vindicationis manifestum est. Constat enim,  
hanc non dari, nisi contra eum, qui rem possidet, §. I. I. d. A. Et.  
I. 6. & 9. ff. d. R. V. aut saltem dolo possidere desit, I. 69. ff.  
eod. Neque vero sufficit, actorem probare præteritam rei  
possessionem, sed eum de præsenti possidere, per legitimas  
probationes deducendum est. Add. *Mascard. Tr. d. Pro-*

*bat. Vol. I. Concl. 536, n. 6.* Quid si vero b. f. possessor, cum  
extra iudiciale  
ad hoc rem possideret, ad eam restituendam exjudiciale  
lis interpellatio.  
ter interpellatus fuerit, deinceps vero, dum lite in judicio  
pulsaretur, haec perierit? Verius est, nihilo secius exce-  
ptionem casualis interitus huic prodesse. vid. I. ult. C. d.  
R. V. neque moram admisisse censemitur, dum judicio legi-  
time experiri voluit.

**Q**uod aliter  
obtinet in a-  
nalibus. In his enim debitor per interpellationem, etiam  
ctionibus per-  
extra judiciale, in mora constitutus, adeoque de omni  
casu postmodum superveniente tenetur, a I. 5. ff. d. R. C. Ne-  
que vero ratio diversitatis obscura est. Quippe in actio-  
ne personali præcipue ad personam obligatam respicitur. I.  
82. §. I. ff. d. V. O. quod in realibus actionibus fecus est;  
neque enim ibi vera & proprie sic dicta obligatio subest,  
qua actionem pariat; sed tantum ad rei restitutionem a-  
gitur. I. I. §. I. & ult. ff. d. R. V.

### §. XIX.

**C**asualis rei  
interitus et-  
iam post lit-  
tis contestationem contigerit. Hac de re a-  
riens b. f. pos-  
sessor tu-  
tum reddit. Altera regula de b. f. possessore tenenda haec est:  
B. f. possessor casuali rei interitu liberatur, quamvis hic de-  
contest. esse. mun post litis contestationem contigerit. Hac de re a-  
riens b. f. pos-  
sessor tu-  
tum reddit. oriebatur; quælis postmodum a Paulo sopita est in I. 40.

pr.

*pr. ff. d. pet. her.* Neqve enim b. f. pōssessor prōpter mē-  
tum ejusmodi periculi jus suum indefensum relinqvere  
debet. add. *l. 16. pr. ff. d. R. V.* Objicis: Qvod b. f. posses-  
sor per litis contestationem in mala fide constituatur, ade-  
oqve ad rem restituendam, qvamvis casu perierit, tenea-  
tur, *l. 22. C. d. R. V. l. 25. §. 7. l. 31. §. 3. ff. d. b. e. r. pet.* *Enimvero hoc*  
*late nimis extendendum haud est, sed pertinet tantum ad*  
*fructus, qvos lite contestata restituere tenetur; ad horum*  
*enim perceptionem vel maxime b. f. est necessaria; quod*  
*circa rem ipsam secus est.* Neqve enim b. f. possessor,  
quando judicium suscipit, certus est, in lite se succubi-  
turum, adeoqve restituendi necessitatēsibi impositum iri.  
*a l. 5. ff. d. R. C.* ut hinc dici non possit, per eum stetisse,  
qvod jam restituendi facultatem non amplius habeat,  
*l. 12. §. 4. ff. ad Exhib.* qvō pertinet, qvod ait *Vlpianus in*  
*l. 21. ff. d. Vſur.* Non omne, qvod differendi causa optima ra-  
tione fit, culpa statim annumerandum esse. Accedit, qvod,  
quamvis justam causam rem detinendi possessor nullam  
habeat, actore tamen non probante, absolvatur. *l. 2. ff.*  
*d. Probat. l. ult. C. d. R. V.* Limitantur tamen ea, qvæ di-  
cta sunt, ut locum non inveniant, quando actor probat, se *hec limita-*  
*rem, si statim post judicium acceptum restituta fuisset,* *tur.*  
voluisse & potuisse distrahere. Qvo pertinet *l. 15. §. ult. ff.*  
*d. R. V;* ubi *Vlpianus ait: Verius esse, si forte distracturus*  
*fuerit petitio, si rem accepisset, moram passo debere pre-  
stari, subjuncta hac ratione, qvod, si ei restituisse, distra-  
xisset, & pretium esset lucratus.* Sane enim hoc judicis  
officium reqvirit, ut condemnet reum in id, qvanti acto-  
ris interest, rem statim tempore litis contestata fuisse re-  
stitutam, *l. 20. & 27. §. 2. ff. d. R. V.* Hoc vero casu petitio-

ris interesse manifeste subest, qvi rem debito tempore re-  
stitutam distracturus, atqve pretium inde redactum lu-  
craturus fuerat. *I. 20. in fin. ff. d. her. pet.* Constat vero, ea  
omnia, qvæcunque post litis contestationem contingunt,  
judicis officium desiderare. *I. 25. §. 8. & I. 31. §. 13. ff. d. Adil.*  
*Edict.* Cæterum qvia ejusmodi distractio facti est, neque  
præsumitur, *I. 12. C. d. Probat.* inde evidenter & animus  
seu intentio, & facultas distrahendi probari debent; qvo-  
niam in hoc fundamentum suæ intentionis petitor collo-  
cat. add. *Wesemb. Conf. 314. n. 49. Arum. Tr. d. Mora C. 8.*  
*n. 2. Hottom. in. §. sic itaque I. d. Action. Hunn. Tr. d. Adi-*  
*mat. rer. Sect. I. Quesl. 7. Goedd. Tr. d. Contr. & Comm.*  
*stip. c. II. n. 79.*

§. XXI.

*Præterea' exceptione casualis interitus liberatur b. f.*  
*finali interi- possessor, in ad exhibendum judicio, qvamvis post litis con-*  
*tus prodest b. f. possessor in testationem res exhibenda casu apud ipsum perierit. Nem-*  
*ad Exhiben* pe aliquando evenit, ut actio rei vindicatoria institui non  
dum iudicio, possit, nisi eidem via quasi præparata sit per actionem ad  
Exhibendum, qvatis, cujus interest, rem exhiberi, petit, ut  
possessor vel detendor rei eam exhibeat, adeoqve experi-  
undi copiam actori faciat. *I. 3. §. 9. I. 19. ff. ad Exhib. I. 22.*  
*& ult. ff. d. R. V. add. Mejer. Coll. Argent. tit. ad Ex-*  
*hib. n. 4.* Qvod si ergo res exhibenda citra dolum  
vel culpam possessoris casu fortuito interierit, libe-  
rabitur. Unde *Ulpianus in I. 7. §. 5. ff. ad Exhib.*  
ait: *Absolvi possessorem oportere, qvamvis videatur ipsi im-*  
*putandum esse, cur non statim restituerit, sed passus fue-*  
*rit, litem secum contestari.* Neqve enim qvis cuicun-  
que

*Qod proba-*  
*tur.*

que petenti rem suam statim exhibere tenetur; cum liberrima cuique de re sua disponendi arbitrium competit. *I. 21. C. Mand.* nisi itaque petitor fundamentum sua intentionis saltem per legitimas & sufficientes presumtiones deduxerit, exhibitio a reo facienda haud est invitata, *a I. ult. C. d. R. V. I. 2. C. d. Probat.* Excusandus igitur possessor est, si etiam post acceptum judicium casus fortuitus circa rem emerserit, qui eidem imputari haud potest; *I. 16. pr. ff. d. R. V. add. I. 14. in fin. ff. depos.* Nisi fortasse nulla adfuerit sub tempore litis contestationis ratio probabilis, propter quam exhibitionem detrectaret, & praesertim talis casus accepto judicio evenerit, qui emersus haud erat, si exhibitio statim fuisset facta. *I. 12. §. 4. ff. ad Exbib. I. 5. §. 4. I. 18. pr. ff. Commod. I. 4. §. I. ff. ad. L. Aquil.* Idque multo magis dicendum, quod etiam in principali judicio, uti ex antecedentibus constat, aliquando, re post acceptum judicium perempta, casus fortuitus periculo possessoris eveniat. *I. 15. §. fin. ff. d. R. V.*

### §. XXIII.

Neque vero solum b. f. possessor per casualem rei in teritum liberatur, sed eadem exceptio etiam m. f. possessori except. casualis interitus competit, seu ei, qui rem, quam possidet, scit alienam esse. *I. 12. §. 38. ff. d. Usurp. & Visc. Add. Obrecht.* *Diss. d. Viscap. 26. tb. 234.* Ita ut, si res citra ipsius culpam Affirmativa sententia pro pugnatur. mero casu fortuito perierit, ad aestimationem restituendam non teneatur. *I. 62. pr. ff. d. R. V.* Nam & hic valet regula, quod rei vindicatio non nisi adversus possessorem detur, *I. 26. §. 3. ff. d. Pignor. I. 6. in fin. ff. d. R. V.* nisi quis fortasse dolo possidere desierit, qui pro possessore damnatur.

VIX. 2

mnandus est. l. 131. ff. d. R. I. aut sponte quis liti se obtulerit l. 1. pr. & §. 1. l. 25. ff. d. R. V. l. 7. §. 1. ff. Qui satisd. cog. Accedit, qvod nec inter m. f. possessorem, & rei dominum aliquod negotium intercessit, unde aliqua obligatio orta sit, qvæ post rei interitum citra culpam possessoris contingentem perpetuari queat; sicuti in actionibus personalibus evenit. l. 91. pr. & §. 3. ff. d. V. O. Qvod si igitur casu aliquo fortuito possidere quis desierit, periculo domini hoc sit; qui sibi imputare debet, qvod in prosequenda iustitia sua negligens fuerit, uti Pontifex loquitur in c. 28. X. d. V. S. cum damnum, qvod sua culpa & negligentia sentit, non intelligatur sentire. l. 203. ff. d. R. I. & meminisse debuerit, jura vigilantibus scripta esse. l.

M. f. possessor l. 24. ff. Quæ in fraud. cred. Enimvero, qvæ hactenus de malæ fidei possessore dicta, intelligenda veniunt de casu fortuito ante judicium acceptum contingente. Nam si lis fuerit inter Dominum & m. f. possessorem contestata, qvamvis deinceps res casuali interitu perempta fuerit, nihil tamen eidem prodest, sed ad damni hoc casu dati restitutionem tenetur. l. 40. pr. ff. d. hered. pet. l. 17. §. 1. ff. d. R. V. Cujus rei hæc ratio est, qvod per litis contestationem qvæsi contractus initur, adeoque obligatio in reo perpetuatur, neque per casum fortuitum extinguitur. l. 3. §. ff. d. pecul. l. 25. ff. d. R. V. Gail. L. 1. O. 74. n. 5. seqq; Sed propter malam fidem périnde est, atque in eo, qui alteri ex contractu vel qvæsi obligatus moram in re restituenda commisit. l. 23. ff. d. V. O. l. 5. ff. d. R. C. add. l. 17. §. 1. ff. d. R. V. l. 87. §. 1. ff. d. legat. 2. l. 15. §. ult. ff. d. R. V. l. 91. pr. & §. 3. ff. d. V. O.

Cuius ratio redditur-

§. XXIV.

§. XXIV.

Ex dictis etiam illud facile colligi potest, qvod in actione qvod vi metusve propter contumaciam reus in quadrumplum condemnatus, si res intra judicati tempora citra possessoris culpam perierit, exceptione casualis interitus recte se defendat. l. 14. §. 11. ff. Qvod met. caus. ubi is, qui vim intulit, relaxari dicitur arei ipsius condemnatione, si intra judicati tempora homo absque ipsius dolo vel culpa perierit. Cujus rei rationem vulgo a Doctoribus afferi solitam prolixe confutat A. Faber L. XVI. Conject. cap. 19. Cæterum gemina hujus dispositionis ratio ex ipsis Jetti verbis colligi evidenter potest. Cum enim reus si intra annum ante sententiam rem vi metuqve extortam haud restituat, tripli poena coerceatur; iniquum fuerit, obligationem eidem injungere, ad casualem qvoqve interitum ferendum. vid. Coll. Argent. t. Qvod met. caus. th. 24. Accedit, qvod ea sit actionis hujusindoles, ut poenam ultra triplum extendi haud patiatur; qvod tamen fieret, si ultra triplum ipsius qvoqve rei peremptæ aestimatio facienda esset. d.l. 14. §. 10. cum nemo duplici poena afficiendus sit, l. 41. in fin. ff. d. pœn. l. 14. ff. d. accusat. add. Fachin. Controv. Jur. Civ. L. 8. c. 100. in fin. qvi tamen recte notat Fabrum L. 16. conject. cap. 19. & Tr. d. Error. Pragm. Dec. 89. err. 10. ubi existimat, multisqve argumentis confirmare annititur, quadruplum, qvod in actione qvod metu causa post contumaciam versatur, meram poenam complecti; quam in rem tamen nullam vel legem, vel solidam rationem, quæ id evincat, adduxit; præsertim cum in penalibus strictam interpretandi rationem sequamur. c. 15. d. R. l. in 16. vid. Bachov. in Tr. d. Action. Disp. V. th. 23.

E

§. XXV.

Exceptio hoc  
etiam in aliis  
qvod metus  
causa locum  
inbenit.

Qvod proba-  
tur.

Notatur Fa-  
bris sententia.



S. XXV.

*Conductor ob casualem interitum frumentum integrum mercedem ab eo non tenetur.* Conductor etiam exceptionem casualis fructuum interitus recte opponit locatori integrum mercedem ab eo non tenetur. Illud eqvidem certum, & expeditum est, non ob

*gratum mercedem solvere,* qvodvis damnum circa fructus emetgens aliquid de pensione detrahendum esse; sed hoc a quo animo a colono ferendum, cui lucrum immodicum non aufertur. l. 25. §. 6. ff. Locati; qvo respectu casus, qui usum impediunt, damno conductoris esse, recte dicit Grot. d. I. B. & P. L. II. c. XII. §.

*Aequitas bursae sententia.* 18. add. Pufend. d. I. N. & G. L. V. C. VI. §. 3. Enim vero si conductor re uti non possit, iniqyum fuerit, mercedem ab ipso exigere, quae pro rei usu, & fructuum perceptione exsolvi solet. Hoc ergo casu merces pro rata temporis, quore uti non potuit conductor, remittenda est. l. 15. §. 7. ff. Locati; ut susterilitas, aut hostium incursio, vis major tempestatis, aut fluminis inundatio usum fructuum interceperit. Hoc casu igitur, si nullos ex re fructus colonus perceperit, nihil omnino mercedis nomine praestare cogitur; sin vero qvosdam collegerit, de mercede pro rata statuendum est; adeoque tota haec res arbitrio boni viri ex circumstantiis estimanda. l. 15. §. 2. l. 25. §. 1. ff. locati add. Gail. II. O. 23. 1. Qvod vero hic aliqui laesionem ultra dimidium exigunt, adducti per l. 2. C. d. Rescind. vend. id nulla ratione comprobari potest. Neque enim ab emptione venditione ad hunc contractum recte arguitur; & in d. l. non de laesione a casu fortuito dependente agitur, ut huc eadem accommodari nullo modo possit. Add. Struv. S. I. C. Ex. XXIV. §. 14. Unde vim majorem non debere colono damnosam esse, dicitur in l. 25. §. 6. ff. locati, & omnem vim eidem a Domino praestandam esse, in l. 15. §. 2. seqg. eod.

*Læsio ultra dimidium non regreditur.*

*ed. Struv. c. l.* Qvod tamet ad præstationem ejus, qvod  
interest, extendendum haud est; ut hoc persequi condu-  
ctori contra locatorem haud permittatur, *d. l. 15. §. 7.*

*Struv. Dec. Sabb. c. IX. Dec. 8. seqq.*

§. XXVI.

Similiter si res conducta incendio, aut alio casu for-  
tuito perierit, conductor exceptione casualis interitus se- *Re conducta  
casuali inte-*  
curus est; quippe qvi nonnisi ad levem culpam præstan- *ritu perem-*  
dam obstrictus est. Illud vero disceptari inter Doctores so- *pta condu-*  
let, utrum in dubio incendium casu fortuito, an culpa in- *tor liberata*  
habitantis ortum esse præsumi debeat? Qvi posterius *utrum pre-*  
contendunt, adeoqe diligentia probationem conducto- *sumendum sit*  
ri injungunt, provocant præsertim ad *l. 3. ff. d. Off. Pref.* *incendium a*  
*Vig;* indeqe elicere volunt, præsumptionem semper con- *casu, an cul-*  
tra inhabitantes militare, qvod eorundem culpa conti- *pa probenissit?*

gerit incendium. At enim præsumtio ex dicta legi peti-  
ta nimis generalis est; neqve ad onus probandi, culpam *Posterior sen-*  
abfuisse, inhabitatori imponendum sufficit; adeoqe po- *tentia refel-*  
tius est, ut dicamus, incendium pro fortuito habendum, *litur.*

esse, donec aliqua culpa patrifam. probata fuerit. Qvo  
facit præsertim *l. 11. ff. d. per. & comm.* *rei vend;* ubi  
hac habentur: *Si vendita insula combusta esset, cum in-*  
*cendium sine culpa fieri non possit, qvid juris sit?* Re-  
spondi; *quia sine patrifam. culpa fieri possit; neqve si servo-*  
*rum negligentia factum esset, continuo dominus in culpa est.*  
*&c.* Ut hinc pro patrifam. diligentia potius præsumtio  
militet; qvæ nonnisi per contrariam probationem elidi  
potest. Add. *Dec. El. 80.* Regerit qvidem *Fachin. Controv.* Respondetur  
*jur. L. 1. C. 88. non recte hinc inferri, patrifam. culpam non* <sup>ad Obiectio-</sup> *nem Fachin-*  
*præsumi; si enim non præsumeretur, non esset ei necesse pro-* <sup>nai.</sup>

*bare diligentiam.* At enim ita cit. l. non imponitur inhabitan-  
ti necessitas, diligentiam a se adhibitam atque offici-  
um boni Patris fam. observatum esse; probandi, sed hoc  
solum in ea lege afferitur, si debita ab ipso diligentia esset  
adhibita, non teneri ipsum de oboro incendio respon-  
dere. Præsumitur vero quisque debita cura & circum-  
spectione in negotio versatus esse, donec negligentia  
probetur.

§. XXVII.

An emphytevtam etiam inter Interpretes disce-  
ptam ab in-  
tegris canonis  
præstatione  
casualis fru-  
ctuum inter-  
tus liberet?  
Quo funda-  
mento affir-  
matib[us] sen-  
tientia fulci-  
re soleat?

Circa emphytevtam etiam inter Interpretes disce-  
ptari solet, utrum exceptione casualis interitus ab inte-  
gris canonis præstatione se liberare queat, si damnum no-  
tabile, utputa insignis sterilitas, in prædio emphytevticario  
emerserit? Qui remittendam hoc casu pensionem esse  
contendunt, provocant primo ad l. 15. §. 2. l. 25. §. 6. ff. lo-  
cat. ubi propter sterilitatem conductori fundi remittitur  
pensio; ab hoc veto emphytevtam non multum differre  
putant, adeoque & huic propter insigne damnum  
in re emphytevticaria datum canonem remittendum esse.  
Adducunt præterea Avthent. Perpetua C. d. 88. Eccles. ubi  
dicitur, posse rem Ecclesiasticam cum diminutione sextæ  
partis mercedis justæ in emphytevsi concedi, idque in-  
tuitu periculi casuum fortitorum, quod emphyteva-  
suebat; unde colligunt, partem pensionis propter casua-  
lem interitum fructuum remittendam esse. Præsertim ve-  
ro illo casu pensionis remissio ab æquitate commendari  
videtur, quo magni canonis præstatio emphyteytæ in-  
cumbit; quod hoc casu negotium ab emphyteyseosindo-

le-

le recedere, & in locat. conductionis naturam abire,  
videatur; ad cuius exemplum proinde ob casuale da-  
mnum circa rem aut fructus emergens canon sit re-  
mittendus. *Enim vero contraria sententia hanc dubie*  
*Negatibus sen.*  
*vera est, eique magis cum ratione & legibus convenit.* *tentia senior*  
*Manifestum enim est, canonem ab emphyrepta non in-*  
*stituit fructuum præstari, sed in recognitionem dominii*  
*directi, adeoque casuale incommodum circa rem aut*  
*fructus emergens emphytevtæ soli regulariter nocere*  
*debere.* *Deinde manifeste pro nostra sententia* *[facit Facit hoc I. r.*  
*I. i. C. d. Jur. & Emphytevt. ubi hæc habentur. Si quidem C. d. Jur. em-*  
*tanta emerget clades, qæ prorsus etiam ipsius rei, qæ*  
*per emphytevtin data est, faciat interitum; hoc non em-*  
*phytevticario, cui nihil reliquum permansit, sed rei domi-*  
*no, qui, quod fatalitate ingruebat, etiam nullo interce-*  
*dente contractu, habiturus fuerat, imputetur. Si vero*  
*particulare, vel aliud leve contigerit damnum, ex quo non*  
*ipsa rei penitus sedatur substantia, hoc emphytevticarius*  
*suis partibus non dubitet adscribendum. In qua lege ex-*  
*preesse distingvitur inter casualem interitum, qui prorsus*  
*ipsam rei substantiam perimit, & qui solum damnum*  
*particulare circa rem emphytevticariam, aut fructus in-*  
*fert; ut ille quidem emphytevtam a necessitate cano-*  
*nem præstandi liberet; hic vero ab eodem æquo animo*  
*ferendus, neque propterea canonis remissio concedenda*  
*veniat. Neque etiam distingvitur, utrum ad magnum, an*  
*exiguum canonem præstandum emphytevta obligatus sit;*  
*adeoque frustra hujusmodi distinctio contra rationem,*  
*& mentem legum configitur. Neque obstant leges Respondetur*  
*ad LL. ob-*  
*superius adductæ, qvæ de mercede conductori propter flantes.*

sterilitatem remittenda loqvuntur; Nam a conductore  
ad emphytevtam non recte colligitur; cum ille pensi-  
onem intuitu fructuum, qvos ex fundo conducto per-  
cipit, præstet, adeoque propter casualem eorum interi-  
tum mercedis solutionem merito detrectet. Qvod ali-  
ter longe in emphytevta habet. Hic enim vi contra-  
ctus emphytevtici qvodammodo proprietatem rei immo-  
bilis, & dominium utile, ejusque plenissimum usum con-  
seqvitur. §. 3. l. d. loc. cond. d. l. i. & seqq. C. d. Iur. Emphy-  
tevt. neqve canonem intuitu fructuum, sed in recogni-  
tionem dominii directi præstat. Struv. JPr. R. G. F.  
**L. III. T. 13. n. 3. seq.** Nihil etiam contra hanc sententi-  
am facit allegata Avth. Perpetua C. d. SS. Eccles. Ex ea e-  
Perpetua C. nim nihil aliud colligas, qvam cum diminutione sextæ par-  
d. SS. Eccles. tis pensionis posse prædium ecclesiasticum in emphytev-  
sin concedi; qvod incongrue ad necessitatem remit-

**Rejicitur ul-** tendi canonem propter casum fortuitum trahitur. Po-  
**tima ratio.** strema ratio nihil omnino in recessu habet; cum uringe  
in confessio sit, posse in emphytevticario contractu em-  
phytevtam adstringi non solum ad modicam pensionem,  
sed canonem etiam majorem qvotannis præstandum;  
quia hæc res aliberrima partium contrahentium volun-  
tate dependet. vid. l. 23. ff. d. R. I. neqve hoc modo nego-  
tium in locationem degenerat; cum manifestum sit, in  
hac nudam detentionem rei locatae penes conductorem  
esse, & mercedem ab eo in compensationem fructuum  
præstari, in emphytevtam vero partem proprietatis, qvæ  
utile dominium audit, transferri; & canonis præstatio-  
nem, non attenta ejus qvantityate, sive magnius, sive mo-

dicus

dicus tantum fuerit, in Dominii directi recognitionem  
fieri. add. *Struv. c. l. Fachin. Controv. lib. I. c. 89.*

§. XXVIII.

Aliud dicendum esse existimo, quando propter bel- Remittendus  
lum, hostiumve incursionem fundum ingredi, & colere <sup>et emphytēs</sup> canon,  
emphytevta plane non potuit. Hoc enim casu, aqui- <sup>gāando per</sup> *Carpz.* <sup>hostium in-</sup>  
*i. Respons. 91.* Neque enim plane fundum possidere em- <sup>cursonem,</sup> fundum cole-  
phytevta videtur, cuius usus atque cultura per belli ca- <sup>re non potest.</sup>  
lamitates omnino intercepta est. *I. 12. §. ult. ff. d. Reb.*  
*auctor iud. poss.* Nec obstat, quod casus fortuiti ad em- <sup>Sollicitur du-</sup>  
phytevtam pertineant, ut ante diximus, Neque enim <sup>bium.</sup>  
hoc tam late accipiendum est, ut etiam ad illum casum  
pertineat, quo propter vim bellicam fundi usus plane  
sublatus est. vid. *Struv. c. l. & Fachin. Controv. L. I. C. 90.*  
Quod vero aliqui interesse existimant, utrum bellum Rejicitur non-  
justum, an injustum sit, ut illo casu, quia bona in hostium nullorum di-  
potestatem atque dominium redacta sunt, pensio remit- <sup>scentio.</sup>  
tenda; hoc vero casu, quia spes supersit, fore, ut eadem recipiantur, integra præstanda veniat; illud omnino inane est; tum quod non semper in proclivi sit, hoc dijudicare, tum quod de hujusmodi discrimine leges silent. <sup>Examinatur</sup>  
Distinctio etiam, qua nonnulli negotium confici posse <sup>alii distinctio.</sup>  
existimant, & quæ jam insuperiori quæstione ex parte li-  
mam experta est, utrum nempe pensio modica solvatur,  
an vero magna, ut non quidem illo, sed hoc tamen casu  
remissio canonis locus sit, fundamento caret; cum nul-  
libi eius vestigium in legibus reperiatur. vid. *Fachin. c. l.*

Ne-

Neque aliud dicendum esse puto, quamvis pensio emphytevtæ imposta tanta sit, ut ipsis fructibus, quos ex re emphytevicia percipit, respondeat, quicquid hic aliis sentiant. vid. Gail. II. O. 23. Struv. S. I. C. Ex. XXV. th. 34. nam nec lege, nec solida ratione sententia hæc confirmari potest. Neque etiam fundamentum æquitatis, ad quam vulgo provocant, asseqvor; cum utique aliud sit, intuitu fructuum mercedem solvere, quam, fructuum commido per casum fortuitum intercepto, integrum exigere iniquum; aliud vero, canonem in recognitionem dominii directi præstare, quod sicuti casu fortuito circa fructus, aut partem rei emphytevicia emergente non afferatur; ita canonis quoque solvendi obligatio non cessat. Quæres eo minus difficultatis habet, quo clarius ea jam decisa est in cit. I. I. C. d. jur. Emphytevt. quæ remissionem canonis non nisi propter casualē totius rei interitum injungit; adeoque regulam in casibus non exceptis confirmat. Qvodsi tamen hæc cerebrina æquitas scrupulum domino emphytevico moveat; nemo id ipsi vitio vertet, si liberalitatem in emphytevtam exercere, & vel integrum ipsi canonem remittere velit; cum nobis de obligatione, & legum præcepto quæstio suscepta sit. Atque hæc fuere, quæ de Exceptione casualis interitus proponere constituimus. Qware finem hic Dissertationi imponentes Numini Divino præstiti auxiliū de-  
votas grates decernimus.

F I N I S.



Wittenberg, Diss., 1702 S-2-  
1703




f

v218

1012



B.I.G.



2. - B. 1702  
DISPUTATIO JURIDICA  
DE  
**EXCEPTIONE  
CASUALIS INTE-  
RITUS,**

QVAM  
PRAESIDE  
**IO. BALTHAS. WERNHERO,**  
D. JURIS PROF. PUBL. EXTRAORD. MATHEM. VE-  
RO ORDIN. ET FAC. PHIL. p.t.  
DECANO

*IN ACADEMIA VITEMBERGENSI*

IV. NON. MART. M. DCCII.

H. L. Q. C.

*PUBLICAE VENTILATIONI SUBFICET*

**FRANCISCUS, JACOBUS, GODO-  
FREDUS DOEPLERUS.**

SCHLANSTADIO-HALBERSTADIENSIS.

---

VITEMBERGAE,  
Literis Viduæ Christiani Kreusigii, Acad. Typ.

XIX.